UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

4. De S. Confessoribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

MEDITATIO IV.

De SS. Confeſſoribus.

1\. CONSIDERA, Confeſſores vocari ge-
neratim eos, qui citra profuſionem
ſanguinis in omni pietate & ſanctitate vi-
tam clauſerunt, & confeſſi ſunt Chriſtum
1\. corde, in eum credendo, eumq́; adoran-
do vt creatorem cœli & terræ. 2. ore, cum
aſſidue laudando & benedicendo, gra-
tiasq́; pro beneficiis agendo, deinde eiuſ
honorem & doctrinam verbis & ſcriptis,
vt fecerunt Eccleſiæ Doctores, defenden-
do. 3. factis & operibus. i. e mandatis di-
uinis parẽdo, & vitam Chriſtiano homi-
ne dignam agendo. 2. perpende & confitere
Deum eos cum merito, qui ſe accuſant ob
Prou. proprios defectus. *Iuſtus enim*, vt habet
11\. Sapiens, *prior eſt accuſator ſui.* Confitendo
enim peccata, fatemur Deum ſolum eſſe
iuſtum, & ſanctum, ſolumque eſſe miſeri-
cordem, qui poſſit peccata remittere, ſi-
cut monet S. Ioannes. *Si confiteamur*, in-
quiens, *peccata noſtra fidelis eſt & iuſtus, vt
remittat nobis peccata noſtra, & emundet
nos ab omni iniquitate.*

2\. Conſidera, ſpeciatim inter S. Confeſſo-

res

res numerari.1.eos qui poſt exilia, carceres
aliaq; tormenta pro Chriſto perpeſſa tā-
dem in pace obire. 2. Doctores, qui ſan-
ctitate vitæ & doctrina ſcriptisq; libris or-
bem illuſtrarunt, & conuerterunt. 3. qui o-
mnibus huius mundi bonis relictis ſe in
ſolitudines vel cænobia abdidere, & duriſ-
ſimam vitam duxere in paupertate, caſtita-
te & obedientia. 4. qui eximii in caritatis
operibus corporalibus vel ſpiritalibus fa-
cere, vt Iob, Tobias, Conſtantius & Caro-
lus Magnus, S. Ioannes Eleemoſynarius,
& alij qui in ſeculo ſanctè vixerunt.

Conſidera, quantum præmium hos
confeſſores maneat. nam Matth. 10. dixit
Chriſtus. *Omnis qui confitebitur me coram
hominibus, confitebor & ego eum coram an-
gelis Dei,* & *coram patre meo qui in cœlis eſt.*
quod ſine dubio futurum eſt, in extremo
die iudicij in totius Eccleſiæ militātis &
triūphantis conſpectu. Cogita, quanto
gaudio exilijēt animæ eorū, qui tunc no-
minatim laudabuntur, & iubebuntur ſe-
dere inter primos diuinæ & regiæ aulæ il-
lus Principes, vt fulgeant ſicut ſtellæ fir-
maméti in perpetuas æternitates. Vide &
illos, q omnia ſua hic reliquerūt, ad ſubli-
miorem gradum euehi, vt ſedeant ſuper

Matt. ſedes duodecim, iudicantes duodecim tri-
19. bus Iſrahel, id eſt, omnes fideles. Ac denique
lautiſſimum omnibus apparatum conui-
uium, in quo Chriſtus ipſe tranſiens mini-
Luc. ſtret, vt loquitur B. Lucas.
12.

MEDITATIO V.

De communi SS. Virginum.

CONSIDERA CHRISTVM, cum de cœlo in
terram deſcendit, inſtituiſſe familiam
virginũ, vt ſicut ipſe in cœlo adoratus e-
rat ab angelis, ita in terris angelos habe-
ret, qui ei ſeruirent. Dedit fidelibus ſpiri-
tum, qui eos puros & caſtos ſeruarent, ac corpo-
1. Theſ. ſui vas, vt monet Apoſtolus, in ſanctifica-
4. tione & honore cuſtodirent, & non in paſ-
ſione deſiderij. Fuit virginitas in cœlo in-
Matt. cognita, & ad homines delapſa, ac po[illegible]-
22. [illegible] in cœlo, vbi neque nubent, neque
nubentur vlli, ſed omnes erunt vt angeli
Matt. Dei, ſemper perſeuerabit. Perpende Chri-
19. ſtum eam aliis cõſuluiſſe, & etiam ſerua-
Sap. 7. ſſe perfectiſſimè, quippe qui erat candor
lucis æternæ, & ſpeculũ ſine macula ma-
trem quoque ſuam Mariam omnium vir-
ginum reginam eſſe voluiſſe.